

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Relinquere ah

in editionibus 1493/5 & 1550 cum fonte primo

Prima abrenunciatio rerum alienarum est. ideoque per se solam perfectionem renuntianti conferre non sufficit: nisi peruenerit ad secundam. quae uere abrenunciatio rerum nostrarum est. quibus adeptis expulsio est omnium uitiorum. Tria igitur abrenuntiationis fastigia conscendimus

et
ita demum illud summum mereamur audire quod dicitur ad abraham. Veni in terram quam tibi demonstraero.

quia
perfecte renuntianti tribuitur: ut terram promissionis intrare mereatur.

Ibidem (Cassianus in collatione abbatis moysi).

Manipulus florum, Relinquere ah (Venetiis, 1493/5), sig.F1v.

ergo
prima quam diximus abrenunciatio rerum alienarum est ideoque per se solam perfectionem renuntianti conferre non sufficit, nisi peruenerit ad secundam, quae uere abrenunciatio rerum nostrarum est. quam adepti expulsione omnium uitiorum tertiae quoque abrenuntiationis fastigia conscendimus, per quam non solum omnia quae in hoc mundo geruntur uel particulatim ab hominibus possidentur, uerum etiam ipsam cunctorum elementorum plenitudinem, quae putatur esse magna, tamquam uanitati subiectam et mox transituram transcendentem animo ac mente despiciamus, intuentes dumtaxat secundum apostolum non ea quae uidentur sed quae non uidentur: quae enim uidentur, temporalia sunt, quae autem non uidentur, aeterna, ut
ita demum illud supremum mereamur audire quod dicitur ad Abraham: et ueni in terram, quam tibi monstraero (Gen. 12:1).

per quod euidenter ostenditur, quod nisi quis tres superiores illas abrenuntiationes omni inpleuerit mentis ardore, ad quartum hoc peruenire non possit, quod remunerationis ac praemii uice
perfecte renuntianti tribuitur, ut terram repromissionis mereatur intrare
nequaquam sibi iam uitiorum spinas ac tribulos gerinantem: quae post expulsionem passionum cunctorum puritate cordis in hoc corpore possidetur, quam non uirtus uel industria laborantis, sed ipse dominus ostensurum se esse promittit et ueni, inquiens, in terram, quam tibi monstraero.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 3, 10, 4-5 (CSEL 13, M. Petschenig ed., pp.82-3, ll.19-28, 1-10).

Prima renunciatio rerum alienarum est, ideoque per se solam perfectionem renuntianti conferre non sufficit: nisi peruenerit ad secundam, quae uere abrenunciatio rerum nostrarum est. quam adepti expulsione omnium uitiorum, tertie quoque abrenuntiationis fastigia conscendimus ,

et
ita demum illud supremum mereamur audire quod dicitur ad Abraham, Veni in terram, quam tibi demonstraero,

quia
perfecte renunciante tribuitur: ut terram repromissionis intrare mereatur.

Ibidem (Cassianus in tertia collatione abbatis Pafnutii) capitulo 10.

Flores omnium fere doctorum, Relinquere ah (Venetiis, 1550), fol.445v-446r.